

1524.

Petrus Tomicki Cracoviensis et
Posnaniensis episcopus, regni Po-
lonie vicecancellarius, Luca de Gor-
ka castellano Posnaniensi, et capi-
taneo maioris Poloniae generali.

136

Magnifice domine, domine et frater honoran-
dissime. Literas vestrae magnificentiae ple-
nas iustissimi deidendi in eum reipubli-
cae statum, qui sine ulla controversia legi-
timus esse deberet, accipi. Fatetur vestra ma-
gnificentia id, quod ego quoque semper sen-
si, quod status nostrae reipublicae nulli
hostium eacursionem obnoxius esset, nisi
domesticae discordiae, vel potius tumultua-
tiones essent impedimenta, quae omnium
malorum quae fiunt, causam praebent. No-
vi ego semper talibus in rebus vestrae ma-
gnificentiae animum et consilium, quod
ab illorum consiliis nunquam abhorrebat,
qui futura incommoda praevidentes, ad eas
res, omnes nervos ingenii sui intendere
non dubitant, ut ea ipsa mala impen-
dentia prohibere et propulsare possemus.
Dabit fortasse dominus Deus salubrius
consilium, quae post tot calamitates, consen-
tientibus iam animis, omnes id statuere
et decernere valeamus, quod sit utile et
honestum futurum, qui propter peccata no-

stra

nostra permittit, ut infidelis et hostes
eius, savitiam et crudelitatem in nos exer-
cere possent, semperque vult misereri, si
eius auxilium supplices orare et implor-
rare non desinamus.

Quod ad istam invasionem hostilem
attinet, de qua nunc timor est, gratiaque
cuius prohibenda maiestas domini nostri
in Russiam se recepit, nihil certi habeo
quod sim vestra magnificentia scripturus.
Non est quidem dubium exercitum Turca-
rum non longè à Danubio ex utraque
parte abesse, qui etiam sentiens de hac
maiestatis regie protectione, substitit ex-
pectans occasionem, id quod proposuit exe-
quendi. Tamen si hoc mense se contine-
bit ab invasione, non est verisimile por-
tea numerosum exercitum in Russiam
eacursurum esse. Continebit tamen maie-
stas regia omnem hunc exercitum, quem
et ex equitatu et ex peditatu collegit, dor-
nec omne tempus suspectum prateribit.

Quod vestra magnificentia mihi
gratias agit, quod non defuerim filiae
eius in necessitate, non oportet provin-
de mihi gratias agere, nam id agens
videor officium meum, qui et filiae ma-
gnificentiae vestrae cum ex debita ac vine-
culo sanguinis, tum ob eorum dotes et
virtutes, ubi et quocumque opus erit,
paratus

paratus sum omnia facere, quae ab amici-
co, iure praestari debent.

Nihil nunc praeterea habeo, quod ver-
stra magnificentia scribere possim. Si
quid autem postea venerit, quod sit scri-
ptu dignum, faciam mox vestram ma-
gnificentiam de omnibus certiorum. Cui me
ex animo commendo, et opto ut cum
suis omnibus bene et feliciter valeat.
Datum 1524.

